

V. OLAVS BORRICHIVS

Dissertatt. Acadd. de Poëtis 2, 59. p. 24. s. Francof. a. 1683. 4.

Anacreon Teius, lepidissimus omnium lyricorum, sed amorum, et vini, appetentior, varia scripsit, in quibus hymni, elegiae, iambi, μέλη Anacreontica; antiquis ob dulcedinem metrorum suorum iam ἡδὺς vocatus, iam γλυκὺς, iam χαρίεις. * Dictio eius florida, et perspicua: dialectus Ionica. Qui Sapphus amore irretitum credunt, confutantur diuersitate aetatis utriusque, et interuallo temporum; quippe Sappho Olymp. 44. amores mereri potuit, Anacreon nonnisi Olymp. 62. eosdem prouocare. vixit nempe demum Polycratis, Samiorum tyranni, aetate, eique familiaris, ut ex Pausania constat. Acino vuae passae imprudentius deglutito suffocatum Anacreonta referrunt Plinius, et Val. Maximus. Ita qui in vino suavissimam vitam inuenerat, in ossibus eius acerbam inventit mortem. Quam autem suave eidem vinum, vel ipse his testabitur, Τί με τὸς νόμος διδάσκεις, Kai πότος

εων

* Περὶ χαριεύτισμάς Ἀνακρέοντος, colaitanae Lipsiensis Rector: et nuz seu de eo, quod in Anacreonte per A. C. 1791. de Charentismo venustum, et delicatum, est, separatim scribere instituit Lipsiae A. C. 1706. 4. Ludou. Christi. Crellius, popularis meus, scholae Ni-

per A. C. 1791. de Charentismo Anacreontis ad Demetrii Phalerei disciplinam expenso singulari libello, Leucoreae quaternis edito, exposuit Ioh. Christi. Henricius. F.

f